APPARATVS FVNEBRIS

Pijſsimis Manibus

Sereniſſimæ, ac Potentiſſimæ

PRINCIPIS,

H.M. ADELAIDIS,

Vtriuſque Bavariæ, ac Palatinatus Superioris Duciſſæ, Comitiſſæ Palatinæ Rheni, S.R.I. Electricis, Landgraviæ Leuchtenbergicæ,

Natæ Regiæ Sabaudiæ Duciſſæ, & Pedemontium Principis

In Celeberrimâ, ac Regiâ Baſilicâ

RR. PP. Clericorum Regularium Theatinorum, in quâ Sereniſſimæ Electricis Cineres conditi fuerunt

ERECTUS, & CONSECRATUS

A

P. D. CAROLO à MARIMONT,

Cler. Reg. Theatino.

Monachij, Typis JOANNIS JÆCKLINI, Typogr. Electoralis, & Bibliopolæ. M. DC. LXXVI.

INSCRIPTIO
ARÆ
MAIORIS.

ADELAIDI
Fœminarum Principum
MAXIMÆ,
Fulgentiſſimo virtutum Syderi,
Imperantium normæ,
BOICI ORBIS FULCRO,
Patriæ
CULMINI, & COLUMINI,
Univerſi
ORACULO, & MIRACULO,
Conjugi
PIISSIMÆ, SAPIENTISSIMÆ,
Amori ſuo Suaviſſimo,
Parentat amantiſſimus,
& mœſtiſſimus
FERDINANDUS MARIA
ELECTOR.

INSCRIPTIO
PRO ARA
D. CAIETANI.

ADELAIDI Eximiæ Divi Cajetani Cultrici.

Tuis CAIETANE Lilijs
NOVUM MISCETUR LILIUM,
Quod immatura mors decerpsit nuper.
MERITÒ IUNGITUR;
Nam ejus erga te hoc promeruit Candor.
Imo nî fallor,
ALAS addidisti Purissimæ Adelaidis Animæ,
Quas Divinus AMOR tuo quondam affixit cordi,
Ut & ipsa citius ad Superûm evolaret sedes.
DEBEBAS SANÈ;
Nam & ipsius erga te AMOR ALAS addidit,
Ut Sanctorum Albo citius adscriptum
totus Terrarum celebraret Orbis.
PAR PARI RETULISTI.
Et fœlix profecto Adelaidis,
Quæ
TUIS AVIBUS
Tam fœliciter emigravit.

INSCRIPTIO

PRO ARA

D. CAIETANI.

ADELAIDI Eximiæ Divi Cajetani Cultrici.

Tuis CAIETANE Lilijs
NOVUM MISCETUR LILIUM,
Quod immatura mors decerpsit nuper.
MERITÒ IUNGITUR;
Nam ejus erga te hoc promeruit Candor.
Imo nî fallor,
ALAS addidisti Puriſſimæ Adelaidis Animæ,
Quas Divinus AMOR tuo quondam affixit cordi,
Ut & ipsa citius ad Superûm evolaret sedes.
DEBEBAS SANÈ;
Nam & ipsius erga te AMOR ALAS addidit,
Ut Sanctorum Albo citius adscriptum
totus Terrarum celebraret Orbis.
PAR PARI RETULISTI.
Et fœlix profecto Adelaidis,
Quæ
TUIS AVIBUS
Tam fœliciter emigravit.

INSCRIPTIO

PRO ARA

D. CAIETANI.

ADELAIDI Eximiæ Divi Cajetani Cultrici.

Tuis CAIETANE Lilijs
NOVUM MISCETUR LILIUM,
Quod immatura mors decerpsit nuper.
MERITÒ IUNGITUR;
Nam ejus erga te hoc promeruit Candor.
Imo nî fallor,
ALAS addidisti Purissimæ Adelaidis Animæ,
Quas Divinus AMOR tuo quondam affixit cordi,
Ut & ipsa citius ad Superûm evolaret sedes.
DEBEBAS SANÈ;
Nam & ipsius erga te AMOR ALAS addidit,
Ut Sanctorum Albo citius adscriptum
totus Terrarum celebraret Orbis.
PAR PARI RETULISTI.
Et fœlix profecto Adelaidis,
Quæ
TUIS AVIBUS
Tam fœliciter emigravit.

INSCRIPTIO
PRO ARA
D. CAIETANI.

ADELAIDI Eximiæ Divi Cajetani Cultrici.

Tuis CAIETANE Lilijs
NOVUM MISCETUR LILIUM,
Quod immatura mors decerpsit nuper.
MERITÒ IUNGITUR;
Nam ejus erga te hoc promeruit Candor.
Imo nî fallor,
ALAS addidisti Purissimæ Adelaidis Animæ,
Quas Divinus AMOR tuo quondam affixit cordi,
Ut & ipsa citius ad Superûm evolaret sedes.
DEBEBAS SANÈ;
Nam & ipsius erga te AMOR ALAS addidit,
Ut Sanctorum Albo citius adscriptum
totus Terrarum celebraret Orbis.
PAR PARI RETULISTI.
Et fœlix profectò Adelaidis,
Quæ
TUIS AVIBUS
Tam fœliciter emigravit.

INSCRIPTIO
ARÆ
MAIORIS.

ADELAIDI
Fœminarum Principum
MAXIMÆ,
Fulgentiſſimo virtutum Syderi,
Imperantium normæ,
BOICI ORBIS FULCRO,
Patriæ
CULMINI, & COLUMINI,
Univerſi
ORACULO, & MIRACULO,
Conjugi
PIISSIMÆ, SAPIENTISSIMÆ,
Amori ſuo Suaviſſimo,
Parentat amantiſſimus,
& mœſtiſſimus
FERDINANDUS MARIA
ELECTOR.

INSCRIPTIO
PRO ARA
D. CAIETANI.

ADELAIDI Eximiæ Divi Cajetani Cultrici.

Tuis CAIETANE Lilijs
NOVUM MISCETUR LILIUM,
Quod immatura mors decerpsit nuper.
MERITÒ IUNGITUR;
Nam ejus erga te hoc promeruit Candor.
Imo nî fallor,
ALAS addidisti Purissimæ Adelaidis Animæ,
Quas Divinus AMOR tuo quondam affixit cordi,
Ut & ipsa citius ad Superûm evolaret sedes.
DEBEBAS SANÈ;
Nam & ipsius erga te AMOR ALAS addidit,
Ut Sanctorum Albo citius adscriptum
totus Terrarum celebraret Orbis.
PAR PARI RETULISTI.
Et fœlix profectò Adelaidis,
Quæ
TUIS AVIBUS
Tam fœliciter emigravit.

INSCRIPTIO
PRO ARA
DEIPARÆ VIRGINIS.

ADELAIDI Deiparæ Virginis
Mancipio fidelissimo.

Quæ tuis,
O REGINARUM MAXIMA,
Substravit pedibus
Coronatum verticem,
Et Tuum audire voluit in vivis MANCIPIUM
ADELAIDIS,
Nunc tibi sistitur soluta vinculis,
NON TUIS quidem, sed CARNIS;
Quam enim tibi vivens profitebatur servitutem,
Etiam moriens testata est non dimissuram.
Pignus ergo usque ad rogum servati amoris
SUOS NUNC TIBI OFFERT
CINERES:
Leve quidem munus,
Quod esse tale cogit funus.
Sed aliud offerre tibi non licuit;
Nîl enim habebat quàm Cineres & Animam,
HÆC AUTEM SUO DEBUIT REDDI CREATORI.
Sed nec indignaberis;
Cum enim tuum sit
Quidquid tuus habet Filius,
ET CINERES, ET ANIMAM HABES.

Quæ ſequuntur Elogia, ex Columnis Eccleſiæ lugubri panno tectis pendebant.

ELOGIUM I.

ADELAIDIS

PRINCEPS RELIGIOSISSIMA, ET PIISSIMA.

EMBLEMA.

Depingitur Ciconia ex turri ſe demittens, & Anguem occiſura.

Epigraphe.

Longis inviſa Colubris.

Et

Et ANGUEM, & AVEM spectes;
Hæc enim RELIGIONIS, & PIETATIS Symbolum est,
Ille VITIORUM.
Advolavit AVIS Candididissima ADELAIDIS,
Peregrinis Allobrogum è terris,
Ad excelsa BOIORUM sceptra à Superis missa,
Ut inde velut ex speculâ prospiceret
turgidam an erigant cervicem
noxij vitiorum colubri,
insectaretur, si deprehenderet.
Præstitit.
Et certè Boica tellus nunquam sic purgata vitijs,
nunquam sic ornata virtutibus,
Quam sub ADELAIDE splenduit.
Stravit ad virtutes viam
Religiosissimæ & Pijssimæ Principis Exemplum.
Et quis unquam Religiosior
ADELAIDE?
Narret Lauretana Domus Regia Principis donaria
quot numeret,
Ostentet Patavinus Sanctus appensum ingentis
Lampadis pondus,
Prædicent quotquot fermè sunt aræ
munera, & ornamenta.

Et sanè, cum alij ex ungue metiuntur Fortitudinem,
Inverte stylum,
Et Ex Hac, In Qua Stas, Mole
Adelaidis suspice Religionem, &
Pietatem.

Præclaræ molis Basilicam Divo Cajetano Clericorum Regularium Fundatori erexit Serenissima Adelaidis, quâ necdum vidit Germania venustiorem, & in hac suos condi cineres voluit.

ELOGIUM II.

ADELAIDIS PRINCEPS FORTISSIMA.

EMBLEMA.

Depingitur Tumulus cui Aquila insidet.

Epigraphe.

Hæc gloria Forti.

Vi-

Virum reperisse de mille unum,
Mulierem verò ex omnibus non invenisse unam,
Inquit Regum Sapientissimus.
Si de FORTI loquitur, errasse nollem;
Ex omnibus enim adest Una
ADELAIDIS FORTISSIMA.
Hæc prosperis elata nunquam,
Adversis depressa nunquam.
Procellas inter naufragas ubi fluctuabant & Viri,
Illa Immobilis figebatur & intrepida.
Vulcano subdente flammas Regiæ,
Ad sæva ubi alij diffluebant incendia,
Nullis fracta luctibus induruit.
LAURUM dixisses inter fulmina,
ADAMANTEM malleos inter, & incudem.
Immatura mors chara ubi prostravit pignora,
Stetit.
Ubi suavissimam genitricē brumale decoxit tempus,
Gessit in fronte vernantis animi serenitatem.
Inexorabilis Parca Fraternæ cum non pepercisset vitæ,
Suæ quoque ne parceret, exoravit.
Profectò
FORTIS debebat esse, & sui VICTRIX
Quam VICTOR PARENS progenuit.

Victor Amedeus Sabaudiæ Dux Serenissimæ Adelaidis Parens.

ELOGIUM III.

ADELAIDIS PRINCEPS BENIGNISSIMA.

EMBLEMA

Depingitur Sol totos radios effundens.

Epigraphe.

Et infima Lustrat.

Lætius

Lætius nunquam visum est connubium,
quam ubi in
ADELAIDE
MAIESTATEM & BENIGNITATEM
Insolubilibus junxit vinculis Hymenæus.
Vidimus
Supremo locatam in Fastigio,
Sed absque Fastu.
Vidimus
Majestate supremam omnibus,
Affatu æqualem omnibus.
Tunc verè Principem se credidit, ubi & infimis
jungi potuit,
Vel sublevatura, vel solatura,
Sic sanè,
Ut neminem unquam passa sit à se tristem recedere:
Quod si contigisset,
Perditam deplorasset diem.
Discant ab ADELAIDE qui Imperant,
AURITOS ESSE OMNIBUS DEBERE PRINCIPES.
Discant.
Verum esse Principem,
QUI HOMINIBUS HOMO PRÆEST.
Discant
BENIGNITATEM TOTŨ ESSE MAIESTATIS COMPLEMENTŨ.

ELOGIUM IV.

ADELAIDIS PRINCEPS CLEMENTISSIMA.

EMBLEMA.

Depingitur examen apum cum Rege volitans.

Epigraphe.

Nec læsus spicula torquet.

Verum

Verum si est, quod
Candida præcipuè capit indulgentia mentes,
Omnium profectò cæpit
ADELAIDIS.
Dico omnium, nam & hostium:
Hostium dico;
SEMPER ENIM MALIS INVISA VIRTUS EST.
Vindicandum ergo cum esset,
Maximum semper & honestissimum vindictæ genus
sumpsit,
IGNOVIT QUIPPE.
Sic injuriarum oblivione
Oppilabat lividorum & ora, & odia,
Ut una in omnibus, etiam invitis,
Flagraret Amoris flamma.
Regia sanè Fœmina
Regem Apum imitata,
Qui,
Aculeatus licet,
Suo tamen nunquam ad ulciscendum utitur aculeo.
SEMIDEAM
Si dixero, non erravero,
CLEMENTIÆ QUIPPE VIRTUS
SOLA NOS PARES DEO FACIT.

ELO-

ELOGIUM V.

ADELAIDIS PRINCEPS ELEEMOSYNARIA.

EMBLEMA.

Depingitur Pelvis nummis aureis plena.

Epigraphe.

Nil fortius istis.

His

His Cedunt Quæcumque Fortia:
Quin imò, & ſydereæ Arces
Hoc expugnantur *ariete*.
Sanè
Piissimæ Adelaidis Manus
Apertæ Olim Inopi,
Empyrei Corruperunt Excubias
Pio dolo.
Provida Princeps,
Quæ ſubſtantiam ſuam illuc præmiſit,
Ubi Habebat Patriam.
Sapiens Fœminæ Consilium.
Quæ melius ſervari opes credidit,
Dum pauperis locantur in dextrâ.
Chriſti Gazophylacium eſſe novit
Pauperis manus,
Nec tam donum eſſe quod pauperi datur,
quàm mutuum;
Imò Fœnus
Centuplicatum reddens fructum.
Sagax Adelaidis,

 Quæ

Quæ
HIS CANIBUS VENARI CŒLUM
CUM SUIS MAIORIBUS VOLUIT.

B Amedeus Sabaudiæ Dux interrogatus ubi venaticos haberet canes, ostensâ ingenti pauperum turbâ quam alebat quotidie, respondisse fertur: hic sunt canes mei.

ELOGIUM VI.

ADELAIDIS
PRINCEPS HUMILLIMA.

EMBLEMA.

Depingitur Viola.

Epigraphe.

Humilis quoque fundit odores.

Etsi

Etsi MAIESTATIS jura non ignoraret
Adelaidis,
Noverat tamen & NATURÆ,
Quæ
MORTALES OMNES ÆQVALES FECIT,
IMÒ NIHIL.
Hinc cum Dominari visa est,
Coactam scias potestate desuper concreditâ;
Si frequentius submitti,
Invitatam fuisse credas
PROFUNDÂ NIHILI SUI COGNITIONE.
Non latebat Adelaidem,
SUPRA SE ATTOLLI DEBERE NEMINEM,
A SE IPSO NE QUIS CADAT;
SED DESCENDENDUM UT ASCENDAMUS.
Et sanè
Si Regali in Solio sublimis
Gratos spiravit odores Terræ,
Profectò
Ubi ad pauperum plantas abluendas descendit,
ac
CINIS CINERI, NIHILUM NIHILO
misceri voluit,
Longè suavius utique fragrabat Cœlo.

ELOGIUM VII.

ADELAIDIS

Cœlestium rerum Contemplatrix, Terrestrium Contemptrix.

EMBLEMA.

Depingitur Avis Paradisiaca.

Epigraphe.

Terræ commercia nescit.

ADEL-

ADELAIDIS
Sata quamvis Regum sanguine,
ac multiplici Diademate, Sceptroque fulgida,
Generosa tamen semper extitit
horum omnium Contemptrix.
SAPIENS MATRONA
Quæ
Stultum putabat eorum meminisse
Propter quæ oblivisci potuisset sui.
Illud proinde aspexit tantùm,
Quod æternâ poterat jacturâ perdere,
non quod habebat in terris precariò.
Imò
Cum serius aliquando aut citius dimittenda
nescire maluerit,
AMISIT NIHIL.

ELOGIUM VIII.

ADELAIDIS

PURÆ CONSCIENTIÆ CULTRIX.

EMBLEMA.

Depingitur Columba pedem aſpiciens.

Epigraphe.

Explorat ad unguem.

OPTI-

OPTIMUS SI FERTUR ILLE,
Qui
Judex ipse sui totum se explorat ad Unguem,
Certè non potuit non esse
ADELAIDIS OPTIMA.
Sic enim totum vitæ instituit cursum,
Ut mori mallet quàm fœdari.
Strictissimum proinde judicem propriæ egit
conscientiæ
Gestorúmquè severam à se ipsâ rationem
quotidie poposcit,
ut tota
INNOCENS & CANDIDA
Sublimiori aliquando sisteretur Tribunali.
Quodsi forsitan lubricum vacillantis humanitatis
stadium
vel levem minitabatur casum,
Vigili confestim rationis Lumine,
Solidoque & Amoris, & Timoris Divini fulcro
Titubantia firmabat vestigia,
Ut semper saltem esset
OPTIMÆ PROXIMA

Se-

Sequuntur duodecim Epigrammata, quorum sex prima in aris minoribus, alia vero sex in Presbyterio Elogijs permixta pendebant.

Prima Solem exhibebant, Alia Lunam.

EMBLEMA.

Aquila ad Solem properans.

Epigraphe:

Solem ſola peto.

EPIGRAMMA.

Solis Avem dicunt, cum ſolis ſola refringam
Spicula, Sydereis accola facta plagis.
Quò celeri properas, Adelais Maxima, paſſu?
Divi te dederant, hinc celer inde redis.

Sequuntur duodecim Epigrammata, quorum sex prima in aris minoribus, alia vero sex in Presbyterio Elogijs permixta pendebant.

Prima Solem exhibebant,
Alia Lunam.

EM-

EMBLEMA.

Aquila ad Solem properans.

Epigraphe:

Solem sola peto.

EPIGRAMMA.

Solis Avem dicunt, cum solis sola refringam
Spicula, Sydereis accola facta plagis.
Quò celeri properas, Adelais Maxima, passu?
Divi te dederant, hinc celer inde redis.

Sequuntur duodecim Epigrammata, quorum sex prima in aris minoribus, alia vero sex in Presbyterio Elogijs permixta pendebant.

Prima Solem exhibebant, Alia Lunam.

EM-

EMBLEMA.

Aquila ad Solem properans.

Epigraphe:

Solem sola peto.

EPIGRAMMA.

Solis Avem dicunt, cum solis sola refringam
Spicula, Sydereis accola facta plagis.
Quò celeri properas, Adelais Maxima, passu?
Divi te dederant, hinc celer inde redis.

Sequuntur duodecim Epigrammata, quorum sex prima in aris minoribus, alia vero sex in Presbyterio Elogijs permixta pendebant.

Prima Solem exhibebant, Alia Lunam.

EM-

EMBLEMA.

Aquila ad Solem properans.

Epigraphe:

Solem sola peto.

EPIGRAMMA.

Solis Avem dicunt, cum solis sola refringam
Spicula, Sydereis accola facta plagis.
Quò celeri properas, Adelais Maxima, passu?
Divi te dederant, hinc celer inde redis.

ELOGIUM VIII.

ADELAIDIS

PURÆ CONSCIENTIÆ CULTRIX.

EMBLEMA.

Depingitur Columba pedem aſpiciens.

Epigraphe.

Explorat ad unguem.

OPTI-

OPTIMUS SI FERTUR ILLE,
Qui
Judex ipſe ſui totum ſe explorat ad Unguem,
Certè non potuit non eſſe
ADELAIDIS OPTIMA.
Sic enim totum vitæ inſtituit curſum,
Ut mori mallet quàm fœdari.
Strictiſſimum proinde judicem propriæ egit
conſcientiæ
Geſtorúmquè ſeveram à ſe ipsâ rationem
quotidie popoſcit,
ut tota
INNOCENS & CANDIDA
Sublimiori aliquando ſiſteretur Tribunali.
Quodſi forſitan lubricum vacillantis humanitatis
ſtadium
vel levem minitabatur caſum,
Vigili confeſtim rationis Lumine,
Solidoque & Amoris, & Timoris Divini fulcro
Titubantia firmabat veſtigia,
Ut ſemper ſaltem eſſet
OPTIMÆ PROXIMA

Se-

Sequuntur duodecim Epigrammata, quorum sex prima in aris minoribus, alia vero sex in Presbyterio Elogijs permixta pendebant.

Prima Solem exhibebant, Alia Lunam.



EM-

EMBLEMA.

Aquila ad Solem properans.

Epigraphe:

Solem sola peto.

EPIGRAMMA.

Solis Avem dicunt, cum solis sola refringam
Spicula, Sydereis accola facta plagis.
Quò celeri properas, Adelais Maxima, passu?
Divi te dederant, hinc celer inde redis.

EMBLEMA.

Sol ſupra nubes ſplendens.

Epigraphe.

Nil obſunt Serenitati.

EPIGRAMMA.

Me licèt Aonio ſuccingant nubila peplo,
Nil tamen inde minùs luce ſerenus ero.
Sæva licèt rapiant Adlaidem funera mundo,
Ipſa tamen pluvio celſior orbe micat.

EM-

EMBLEMA.

Sol occidens aquis ſemi-immerſus.

Epigraphe.

Ut Oriar, Moriar.

EPIGRAMMA.

Phœbus ubi placidis animavit tempora flammis,
Mergitur occiduis, ſed rediturus, aquis.
Sol Adelais eras Bavaro nitidiſſimus Orbi,
Funus abis patriâ, ſed reditura *Parens.*

EMBLEMA.

Sol utrumque Hœmiſpherium illuſtrans.

Epigraphe.

Utrique Lucidus Orbi.

EPIGRAMMA.

Unus Phœbeo jubari non ſufficit Orbis,
Luce ſuâ Numidas, Antipodáſque beat
Unicus Adlaidis minor eſt virtutibus Orbis,
Hinc dives radijs luſtrat Utrumque ſuis.

EMBLEMA.

Solis Eclipsis.

Epigraphe.

Velor, non extinguor.

EPIGRAMMA.

Æmula Luna mihi rubeos intercipit ignes
Non tamen extinguor, sed magis inde mico,
Æmula mors tremulas Adelaidi inufferat umbras,
Stat tamen in clauſo Lumine vivuus Amor.

EMBLEMA.

Tubus opticus ad ſolem diſtantem verſus.

Epigraphe.

Non ideò minor.

EPIGRAMMA.

Maxima me gelidis removet diſtantia terris,
An ideò dicar mole, nitore minor?
Læta licet ſuperas properes Adelais ad arces,
Non tamen hinc Patriæ luce minore nites.

Emblemata Lunam exhibentia.

EMBLEMA.

Cothurnus in quo depicta est luna.

Epigraphe.

Hæc nobilitat.

EPIGRAMMA.

Phœbe Puniceo Romanis picta cothurno,
Antiquæ signum Nobilitatis erat.
Cùm rapitur nostris Adelais splendida terris,
Aufertur primus Nobilitatis honor.

EMBLEMA.

Luna in Cœlis micans, & ad quietem invitans.

Epigraphe.

Faceſſat labor.

EPIGRAMMA.

Somniferas placidæ ſternit Dictynna quietis
Cunas, &, procul hinc ſit labor omnis, ait.
Angelicis inſerta choris Adelaida quietis,
Atque exoptatæ nuntia pacis erit.

EMBLEMA.

Luna in cœlis, & in terra pelvis auro, gemmis,& catenis referta.

Epigraphe.

Diſpenſat opes.

EPIGRAMMA.

Lumina quæ terris confert argentea, Phœben
Diſpenſare ætas priſca ferebat opes.
Crede, fuit noſtris Adelais Cynthia terris,
Incola, ſic exter munera larga canit.

EM-

EMBLEMA.

Luna præ cæteris Numinibus colitur ab Arcadibus.

Epigraphe.

Inter omnes Prima.

EPIGRAMMA.

Multa Lycaonijs numerata eſt turba Dearum,
Has inter verò Cynthia Prima fuit.
Ut formam, dotes Adelaidis aſpice, dices:
Terreſtres inter Prima ſedeto Deas.

EMBLEMA.

Luna Cœlum conſcendens, & Conchæ eam ſalutantes.

Epigraphe.

Hic aſcendenti honor.

EPIGRAMMA.

Cùm niveis cœlum conſcendit Delia bigis,
Mutis Concha labris dicere fertur, AVE.
Quando ad Sydereas Adelais ducitur aulas,
Obſequium ſacrant muta Elementa ſuum.

EM-

EMBLEMA.

Diana Monſtrorum Venatrix.

Epigraphe.

Monſtra recedant.

EPIGRAMMA.

Curva per umbroſas inflantur cornua frondes,
Quótque feras prendit, tótque Diana necat.
Per mundi Sylvas Adelais fertur opacas,
Tótque necat ſcelerum, quót fera monſtra capit.

Epitaphium appenſum in interiori portæ facie.

Pedem fige, qui huc intuliſti pedem,
Nec ſic pedem ut mentem.
OBMUTESCE,
Ubi media in periodo ſilere juſſa eſt FACUNDIA.
AUDI,
Meliùs nunquam, ac nunc perorantem, cum TACET.
LEGE
Tuam, quam ſcripſit, ſortem IN CINERE.
FUIT ADELAIDIS FULGIDISSIMUM ORBIS LUMEN,
Sed extinxit
MORS ORBA LUMINE.
MUNDI videbatur OCULUS:
Et cui naſcenti pepercit
ARCITENENS CHIRON,
Vix medium tenentem curſum,
Inermis nuper excuſſit
ARIES.
Ubi
Vel ab Eois ſurgit, vel HESPERIJS Phœbus aquis mergitur
UNA VOLABAT ADELAIDIS FAMA,
UNUM PRÆDICABATUR NOMEN,
Sed nunc ECLIP-

ECLIPSIS ABSORBET PANEGYRICOS.
Eheu!
POTESTAS, SCEPTRA, DIADEMATA, FAMOSÆ
MAIORUM IMAGINES, FORMA
Quid profuêre?
NIHIL
Evanuêre illa, emarcuit iſta.
SOLA REMANSIT VIRTUTIS MEMORIA.
Hanc, piusquam migrare cogeretur Adelaidis,
TRIA Celebrare viſa ſunt ELEMENTA.
Explicuit enim ſinum
TERRA FLORUM MATER
Ut SUUM reciperet FLOREM.
Erexit DESOLATUS AER in Cometa Pyram
VIRTUTI PRÆMIUM:
Et intempeſtivè FULMINANS ſuccendit IGNIS Funalia
Ne in obſcuro abiret in terris Sereniſſima.
Aliud nunc ſupereſt nihil,
niſi ut vos
Purpurati, junctique ſanguine
CÆSARES, REGES, PRINCIPES,
Et vos,
O ſubditi, exterique omnes populi
ADDATIS QVARTUM,
LACHRYMAS.

Sere-

Sereniſſima Electrix in Sagittario nata ſub Ariete extinguitur menſe Martio. Eiusdem verò Celſitudinis Electoralis mortem varia præceſſere ſigna viſus enim eſt Cometa ſuo fulgore conſpicuus, præcipiti tamen curſu plurimorum ſpectatorum oculis brevi ereptus, eâque primis morbi afflictâ doloribus ingenti fragore nubes ſæviente hyeme concrepuerunt.

AD LECTOREM.

Optaſſes Benevole Lector, vel THESAURORUM, vel JUGLARIUM tantæ Principis virtutes, (quæ innumeræ fuerunt) præclaro ingenij apice, doctoque calamo exaratas: non inficior; exoptaſſem etenim & ego, qui erubeſcere cogor, cùm dictionis, & ingenij mei expendo tenuitatem: ſed ubi temporis anguſtias labori huic præfixas perſpexeris, benigniorem te futurum ſpero cenſorem; quinque ſiquidem ſoli dies conceſſi fuere, quo exiguo ſpatio definitum opus fuſiùs excurrere, comptiùs exornari, acuminibus reddi non potuit commendabilius. Et reverâ, niſi Electoralis Celſitudinis Clementiſſimum acceſſiſſet Imperium, publicam Lucem ſub prælo non conſpexiſſet. Interim tamen quod tunc plurimorum oculis ſubijci debebat, & in Eccleſiâ noſtrâ affigi, nunc emendare non debui. Si tuæ proindè expectationi non factum ſit ſatis, indulge, & vale.

FINIS.